611.

Vigore Laudi Feria Quarta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Dni 1669 Ilnicki alteri Donat.

12/VI 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Praemislien Nobilis Jakim Ilnicki Huczylowicz, olim Nobilis Karpa Ilnicki Huczylowicz Filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Praesenti verò Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet, seum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet certas sortes Iudex quandam se Recognoscentem iure diuino et naturali successione post fata memorati Parentis sui inter alios Consuccessores concernunt in bonis Villarum Ilnicki, Losiniec et Radycz, Terra et Districtu praesenti Praemislien iacen et consisten, cum omni praemissorum bonorum Iure, Dominio, proprietate, haereditate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis eorundem bonorum vtilitatibus fructibus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus. Tum agris, pratis, campis, pascuis, pascuarijs, syluis, nemoribus, aquis fluuijs, fluminibus, aquarum decursibus, stagnis, curijs et aedificijs, structurisque quibusuis, nec non subditis eorumque Laboribus, censibus, officijs et obsequijs attinentijsque et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis, haereditatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et è contra in nullo derogando, verum ita late, Longe, Circumferentialiterque

Dat.

prout præfatorum Bonorum sortium præsentibus resignatt hæreditas se cum suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona sortium præfatarum ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, prout iamq́ tenere debebant, ac eidem legitimè seruiebant. Iam ex nunc et defacto Nobili Michaeli Czerniowicz Hnicki eiusq́ posteris, dedit, donauit, inscripsit, et resignauit, prout dat, donat, inscribit et resignat præsentibus, ac titulo puri meri perpetuæ irreuocabilisq́ donationis inscribit et resignat perpetuo et in æuum irreuocabiliterq́. In quæ quidem bona sortium præfatarum suprascripta per se Recognoscentem Donata, is idem Recognoscens Nobilis Zachariasz Hnicki Hurzykowicz suprascripto Nobili Michaeli Hnicki Czerniowicz Donatario suo eiusq́ posteris, iam ex nunc et defacto coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq́ Possessionem, per Ministerialem quemuisq́ competentem et Nobiles duos sibi quoscunq́ voluerit officiose acceptos. Per ipsum Donatarium suum eiusq́ posteros hæc eadem Bona sortium præfatarum per præsentes resignata, cum vniuersis eorum vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsq́ et pertinentijs quibusvis vniuersis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq́ quiete et pacificè vtifruendi, ac ad suos suorumq́ successorum quosuis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi perpetuis et æuiternis temporibus. Debetq́ et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis suprascripto Donatario suo eiusq́ posteris inscribit et obligat præsentibus, Ipsum et eius successores in dictis bonis præfatis donatis, et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione Iuridica quarumuisq́ personarum, cuiuscunq́ Conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex occasione suprascriptorum exoriunda per omnes præscriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet præscriptio, in omni Iudicio et officio

Officio Regni semper toties quoties opus fuerit fieri, defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemque eum posteris reddere, nec non haec eadem bona sortium praefatarum praetensa per se Recognoscentem donata et resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem Bona praenominatarum sortium praetensa donata modo quovis cuiuscunque personarum factis et faciendis, Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem Bona sortium praefatarum donata importatis et importandis, Lueris denique et Perlueris, Processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praetensis resignatis modo quovis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praetensi admissam in fundo bonorum praefatorum per praetensum Donatorem dictum per Ministerialem et Nobiles suos officio requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, Itaque et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium praetensorum resignatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus praetensis retentis nullo modo turbari, Ita ut eadem Bona sortium resignatis nullo modo turbari, Ita ut eadem Bona sortium suprascriptarum praetensa donata suprascriptus Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice Inscriptionis praetensi Donationis vigore tenere, habere, et possidere queat illisque utifrui possit, perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. Idque sub damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et educendis, per eundem Recognoscentem sive eius posteros praenominato Donatario suo sive eius successoribus, ob non completionem [illegible]

per quarum

missorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus, simpliciter absq[ue] corporali iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succumbendis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non complera complendi Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Iulianus Ulrichi Huczylowicz olim Nobilis Barbarae Ulrichi Huczylowicz filius sive eius posteri, Ad instantiam praenominati Nobilis Michaelis Ulrichi Czernecowicz Donatarij sui sive eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemislien. extunc recessu suprascripto quo ad respondendum speciatim mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, Damna praedicta terrestria luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen. eundem terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successionem, in terra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad emictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendis. Ad Quietationem strongarus officij praesentis Castren. Capitan. Praemislien. Terminos Dilatorios sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones, appellationes, ac eorum exceptiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalijs, iuris praescriptione terrestri bello consuetudineq[ue] ac alijs omnibus, iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eaudendo Haec sua praesenti per ... cognitione ad praemissa omnia mediante.

Contisuae Debet.